declinium quasi aque rivulus; fuerunt autem
ultra D. Post hos vero fratrem Iacobum de Potio
et fratrem Ieremiam Sene, quia ceteros in fide
firmaverant, et priorem Templariorum excori-
ari fecerunt, deinde fustigari, postremo ad lo-
cum ceterorum deducti capite cesi sunt. Fecit
autem soldanus locum materia circumdari,
quia noctibus super corpora splendebat lux co-
ram cernentibus Saracenis. Et unus admirandus
~~cinxit~~ cucurrit districtus Tyri, Tripolis et Tortose et
alius fortis admirandus cucurrit regnum Arme-
nie et de filiis regis unum occidit[a], alterum ce-
pit et huius novitatis[b] causa fuit via regis
ad Tartaros. Anno id est[c] MCCLXVII misit rex
Karolus quingentos milites Gallicos in Tusciam
cum milite Guidone Guerra et cum alia mili-
tia partis Guelfe et primo de Florencia Gibel-
linos expellunt et ad partem Guelfam quasi
omnes de Tuscia se convertunt preter Pisas et
Aretium. Interim fit vicarius in Tuscia Kar-
olus auctoritate pape vacante imperio, licet
duo fuissent electi, Alfonsus scilicet et Ri-
cardus, sed circa hoc ~~tempore~~ tempus[d] Ricardus mori-
tur. Eodem anno secundo[e] Madii Bendogdar[f]
venit ante Ptholomaydam et portantibus Sar-
racenis insignia Hospitalis et Templi usque
ad T pauperes et eciam fel abstulisse ~~dicitur~~ dicuntur[g]
et iterum rediens Ptholomaydam Turrem viri-
dariorum demoliri fecit cum arboribus. Eodem

a) occidit C

~~tri?~~ C b) novi tis C

·2· C

d) cō h' tpe C.

e) 2o C. f) nīc h.b. C

g) dur C